

Ex Codice autographo, Prosperi Alpini
de Medicina Aegyptiorum Liber
sic incipit.

(autogr. T. Masili)

Prosperi Alpini
medici Marosticensis
de Medicina Aegyptiorum
Liber primus.

De felici reditu in patriam congratulatio,
causaeque itineris narratio.

Praemium.

Guilard. Alpini.

Erataur summo pere, Alpine, te ex Aegypto tandem
incolumem Patavium rediisse; quando maximum esse existimem,
hominem multas, quas longissima itinera ferens, molestias, crebrioraque
et grandiora simul pericula a varia illiusce gentis barbarie sibi saepe
oblata superasse, in patriamque saluum omnino revertum fuisse.
quem tui reditum in patriam haud parum difficilem facere debuerat
varia illius regionis locorum natura caelique calores, a quibus nostra
corpore diverso assueti caelo multum alteratur atque leduntur.
Quamobrem gaudeo certe maximopere atque iterum gaudeo, quod nunc
te saluum huc denuo contuleris, mihi que ita hilarem te nunc ostuleris.
Alpini atque ego etiam ingenti gaudio perfundor, quod te virum
doctissimum miram ob tuam doctrinam universis literarum Profes-
soribus et Principibus multis acceptissimum invenerim in hac
praeclassima Italorum urbe optima valetudine tuis studiis vivere,
pre gaudioque tanti tui boni et pre voluptate quasi quid loquar
nescio. gratias vero maximas quas populum tibi nunc ago, quod
de meo reditu tantum gaudii acceperis, merique tantum meminens,
quem totum qualicumque sim me tibi bono animo offero atque
voveo. Guilard. Haec omittamus, cum utriusque animus meriti
perfectisque

perfectique amoris nostri signa hactenus non obtusa habuerit, neque
notam amicitiam majori vinculo egere existimo. et nunc si operam
dares tuum amorem ut mihi nuntius ostenderes, cum procul dubio
suspectum mihi efficeret. sed age dic mihi quæso, quid tu tandem
in Aegypto fecisti, quibusve studiis animum toto eo tempore oblectasti?
neque enim te cum esse arbitror, qui non egregium aliquid nobisque
studium sis prosecutus, quando credendum est plurimas eandemque
pullelimas tibi non desuisse occasiones quibus aliquid reipso dignum
in se melius meditari posses. App. Quid facerem otiosus toto eo
tempore in Aegypto? nisi apud Aegyptios qualinam exereretur Me-
dicina, atque etiam qualesnam plantæ in eo solo nascerentur, dig-
noscere operam darem, maximeque ne diceretur nostru me Aegyptum
perisse. Illo itaque tempore ibi semper publicæ medi-
cinam exercendo, apud illos medendi usitatum modum animal-
vertere studii atque non minus ipsorum plantas observare. Quod
vero etiam temporis mihi supererat ab hoc studio, et ab agro-
torum cura, consumabam ut te suis in opere de præstigio Medi-
conum multis jam abhinc annis a me incepto. G. Recte sane
fecisti, sed ne grave tibi sit quæso tantam mihi referre, cur in
Aegyptum proficisci voluisti. A. mihi fere a nativitate hæc
fuit sententia, quippe reminem posse perfectum Medicum esse,
qui varias regiones, loca non peragravit, diversorumque hominum
mores non observavit, atque hoc dixerim pace illorum, qui
instar urbium nunquam ridos suos deserunt, neque ab his passibus
recedunt. variæ etenim regiones varios tum morbos patiuntur,
tum medicinas ferunt ad eos perarrandos accomodatas, atque etiam
variæ medendi usus in variis locis observantur, quorum cognitione
Medicus fit prudentior et doctior. Quæ sententia ut dixi ducens
probeque adhortatus suasque ut si quid cuperem in arte proficere,
municipali partem aliquam peragrarem, variisque morbos in variis
nascentes locis, diversaque medicinas ac plantas, quæ ibi nas-
cerentur ad ipsorum curationem, variisque usus medendi quod
varios populos affectatos observarem atque cognoscerem. Cum
itaque

itaque publice tunc medicinam facerem in proximo oppido Campi S.^{ti}
Petri aliquo remotius magis abscondum existinavi, atque in hac multum
sententia persisti, sed quoniam melius esset proficisci ignorabam, venum
mihi de itinere arripiti Sicut C. M. optatissimam occasionem praestitit
ut in Aegyptum proficiscerem Medicus cum Clav. Georgio Hemo, qui
illo tempore a felicissima Serenissimaque veneta Republica Consul in
ea provincia fuerat electus. ad hoc iter etiam me multum adhortatus
est Franciscus Aspinus Medicus Pater Caspianus, tandemque in eam
veni sententiam, ut mihi quam facile eo eundi sententia acco-
daretur. proinde accepi conditionem, ac me tunc ad iter huius
animo paravi. G. Quoniam virtus laudata crescit, non pudebit
me hac te praesente dicere, peraugendam fore tuorum studiorum
laudem ac penitiam, et hanc tui animi non vulgarem nobilitatem,
qui hanc peregrinationem sciendi gratia ita probe fueris prosecutus.
sed istae omittamus. ego sane cupio hinc omnibus diebus, quibus
Paravi et commemoratus aliquid tecum loqui de Aegyptiorum me-
diana, deque Aegyptiis plantis. spero etenim non parum voluptatis
ex his sermionibus nos accepturos. idcirco te nunc rogo ne pigeat
in his aestivis caloribus sub umbris suavissimis huiusce sindarii
mecum de his loqui. A. Nabo equidem operam libertissime
coraborque non in hac re solum, sed sane in aliis omnibus tuae
voluntati quo poterō magis morem gerere, quamquam nullam
unquam mentem tuorum partem ego assequi valeam. idcirco
tibi nunc satisfaciam, idque faciam libentius quod plurimum
emolumenti me sperem ex hac nostra colloquutione pro tua
doctrina et humanitate consequitur. sed quaeso quo ordine vis
incipiam atque perficiam? G. Initium faceres vellem ac di-
ceres itinens accidentia, et mox Aegyptum adires, ejusque
coeli qualitates, corpora, morbo, medicinam, plantas probe or-
dine narares. A. Id faciam, sed nunc conspicimus solen
ad occasum accedentem, flammeo plusquam ariet fulgore nives-
centem, indicium fortasse magis festiva dici caloris aestus.
ideo in proximam apparentem turram principium sermonis huius
prosequamur, ipsaque fulgescente Philomenae cantibus suavissimis
audiretur

audire et oculos herbarum, florum frondumque auroscitate aviumque
aura matutina recreantes initium loquenti faciemus. G. Hec te dicis,
sed tu fortasse dum Philomena cantu suas nobis elapsas miserias mani-
festabit, iidem et tu pericula in Aegyptum caudo qualia pertulisti
narrabis. nam cupio priori loco iter quaecumque tibi obigerit,
audire.

Cap. I

Iter longissimum, quod sex mensibus gravionibus
tempestatibus maris navigatione peractum est.

Guill. Alpin.

Aurora nunc clarissima suadente, dulci que avium cantu, aurique
matutina florum variorum suavissimos olores spirante optimum erit
sub hac Platanis in amoenissimo hoc viridarii recessu nunc condescere et
principium facere nostris sermonibus, imprimique expecto nunc iter tuum ut
referas. sed te loquenti principium facere nunc melius est. A. Anno
a virginis Beatissima parte MDLXXX. Septembris mense navim Peccato-
ram appellatam conscendi una cum Georgio Stemo Consule electo pro
Cairo Aegypti, viro sane pro sua ipsius humanitate animique integritate
clarissimo. quibus in Consulatu ita se gessit ut cuique carissimus fuerit,
et illius discessum ab Aegypto non modo veneti mercatores, sed vel
ipsi Aegyptii exire tulisse atque adeo luxisse vixi sint. itaque soluta
navi datique velis Zacynthum secundis ventis mare hiliari animo sul-
cantes paucis diebus poverimus portumque ingressi sumus. unde digres-
sis non ita ex voto reliqua navigatio successit, quando paulo post ita
a validissimis procellis tempestatibusque agitari turbisque coepimus, mari
furore agitato, ut tu facile diceres nobis evenisse quod Ovidius cecinit,

Navita tollitur quoque ventos horret iniquos

Et prope tan lethum quam prope cervit aquam

Quod si concussas Triton exasperat undas,

Equi tibi nunc toto est nullus in ore color.

Tu fecunda voces generose sidera fede

Et felix dicas quem sua terra tenet.

Cœpit enim nocte diei decimi septimi mensis Octobris, quem diem omnes
nautæ Hellearem, ut ita dicam, appellant, ventus Hælypontius ita
contrarius insuere atque tempestuose perflare, ut coacti fuerint nautæ
navim

navim retrogredi sinere, qui pertinentes ab Affricis ventis nec eo tempore,
quo in saepe flare soleant ut creberrimis grandioribusque procellis mare
subvertant, navis in istum ab his portaretur naufragiumque fieret, per
eosdem Affricos ventos iter direxerunt. quo sane ita directo itinere,
navis in vastissimum mare procellis ab Heleponiis vento, quem Graeci
Orientalem appellant, raptim ferebatur ita ut a terra semper magis
magisque ipsa elongaretur, nostroque indicio et prognostico decepti sumus,
quando speraveramus isto exortum eum ventum finitum in, ab eoque
nostrum nostrum iter, quod per Cirium ventum erat, isto recepturos.
siquidem prior ventus non ita isto, ut sperabamus, cessavit, sed multo
magis tanta tempestate ac favore contra nos peraverat nobis ita saepe
minari coepit, nosque perterrefacere, ut coacti fuimus navim velis omnino
nudatam per altum sinere quomodo libet ab eis procellis, impetuosissimis,
submersionem nostris oculis mille in hora ostendentibus ventis comper-
tari, atque ab his oblique ullo regimine in vastissimo pelago nunc ad
hac unda nunc ab illa nobis continuo exitum submersione offerente
ad libitum agitari pellicque impetuosissime. atque haec horrenda tem-
pestat ad diem usque vigesimum secundum proterebatur cum tanto nostro-
rum omnium timore, ut nemo se posse ab ea tempestate salvari spe-
raverit. quomobrem univerto eo tempestatis tempore nos animos nostros
miseri cordi Deo commendantes mortem certo expectabamus, et si quando
navim ab unda maris agitari sentiebamus, mortem esse quae nos vellet
pro certo habebamus. quod nostram aliquantulum deliniebat miseriam
erat Querefius, qui haec dixit.

Certa quidem finis vite mortalibus adstat.

Nec vitari lethum pote quin obeamus.

atque hoc etiam, quod nos non modo sed omnes alii, estu imperet
univerto terrarum orbi, notitum sunt, quibus quidem mors gravior esse
deberet. nobisque admodum ex navis assiduo motu debilitatis factis
hoc spei supererat ut misius moreremur. nam

misius ille perit subita qui merxerit unda,

Quam sua qui liquidis brachia lassat aquis.

Placuit tamen misericordi Deo ne ab ea tempestate moreremur, quinimo
magis ut fortasse ob aliquam rem etiam viveremus, horrendissimamque ac
summe exitiosam illam procellam superaremus. cui quos populi majores

nunc

nunc gratias ago et referam, qui tua misericordia ac pietate me incolumem ab ea tempestate vindicaverit atque servaverit. die igitur vigesimo secundo mensis Octobris, aurora lucescente, quando obrui a mare expectabamus, ad Corcyra eam partem pervenimus quam Faro appellant, venti omnino absorptis. et paulo post Cepheri placida aura spirante Insula canale ingressi fuimus summa omnium voluptate ac gaudio, atque ad Metheras appellatum portum applicuimus, subitoque sanctum locum, quem sancti-quaranta vocant, prope Metheras positum unanimitè atque summa omnium lætitià humanissime amplexati fuimus. Neque Optimo Maximo gratias quas potuimus majores omnes uno ore nautarum more acclamantes egimus, qui nos a tanto maris periculo liberavit. alteraque die in aurora alium in portum parum a priori distantem venimus, atque ab eo Corcyram, in qua per diem moram traximus, et mox postidie Septentrionali exorto vento ab ejus portu digressi sumus. cessante vero illo non multo post in portum apud Gomenigas accedimus; ac rursus cum eodem vento versus Orientem navigaremus, in arenosis Syrtes navis nostra incidit, ex quibus naufragium velle pertinuimus. Dei tamen benignitate nihil mali ab eo casu habitum est. contrariis vero nostris itineri ventis diu perseverantibus simul cum largissimis pluviiis magnisque imbribus, quibus quidem Corcyra ob situm in anno sex mensibus exuberat, atque aliis sex calore et siccitate exurit. raro hoc in adagio dicitur, Corcyrenses sex in anno mensibus obrui et alii sex exuri. ab assiduè iis pluviiis simul cum afflicis, meridionalibus, Euri, Subsolanis Hellespontisque ventis perseverantibus coacti sumus in Corcyra portum redire ac nos ibi salvare. Corcyrae igitur usque ad Romæ nativitatem permansimus, cujus diei festivitate devotè servata, altera die, orto sole, bireme nostra navi e portu deducta vela ventis dedimus, eodemque die Saxo circa meridiem Favonio leniter perfante vidimus. quo ita leniter spirante prope Eploniam portati coepimus ab Aparctia impetuose exorto velocissime Orientem versus portari, atque ita ut altera die cum aurora illuxisset Iacynthum rursus viderimus, nocteque cum magna omnium eam urbem accoleantium admiratione portum ibi

ingressi

ingressi sumus. mox navi egressi quamprimum templum Beatissima
Virginis visitavimus, reverendique ejus templi Sacerdos nobis reverentissimè
elapsa in prora nostra illa tempestate, cum nos omnes pro certo habuisset
a mare absumptos, divina officia solemniter cantasse. in ea vero insula
per totum Januariam mentem commoravimus, et die tertio sequenti mensis
ab eo portu discessimus ac meliori fortuna iter nostrum recepinus, atque
per diem ante Cinerem in portum Suda fortissimi propugnaculi. Creta
Insula pervenimus, et ibi peractis quinque diebus portum Trachiam
appellatum, qui ab urbe Creta decem mille passibus distat, ivimus.
Multi ex Cretensibus, qui pro certo audierant habuerantque nostram
navim mense Octobri a mare absorptam fuisse simulque cum ea aliquot
Cretenses nobiscum navigantes, tanto gavisii sunt gaudio adventu nostro,
ut ipsorum lætitiã tum multam esse, tum multis maxima esse voluptati,
publicis campanarum in templis sonis per multos dies publice facti
manifestarent. ubi vero multis diebus Creta moram traximus inci-
piente mense Martio, ut nostro longissimo itinere finem tandem impo-
neremus, vela nostrum ventis deditus, in altumque navim a Circio
vento, qui leniter spirabat, comportari iivimus. coeternum tertia die Aus-
trinis ventis nostrum procellore exortis retrogressi in portum Standiam applicui-
mus, ab eaque nova procella salvi fuimus. distat et hic portus ab urbe decem
mille passibus, itaque tribus peractis diebus orto sole ab eo portu navim
solvimus, ab aegrestique vento et Favonio impetuosiissime spirantibus mare
Mediterraneum ingredimur, perque ipsum ita procellore navigantes duobus
diebus tantum Alexandriam procul inspeximus, maximoque omnium gau-
dio iter nostrum tunc finem habiturum speravimus. neque nos nostra
decepisset sententia, si ille ventus non modo omnia subito favorem
dimitteret at pene omnino silisset. mare etenim quam cito ventis
canit adeoque siluit, ut navis ulterius portari ab ipso non poterit
ob maximam ejus tranquillitatem, a qua valde pertinuisimus, ne ab
ipsa alia adversa tempestas nos invaderet, nostrique itineris fine,
quem oculis propinquabamus, prohiberet nobis alia graviora maris
pericula

pericula afferens. at Neus, cui displicebat aliam tempestatum
nos periculum amplius facere infirmita sua ductus erga nos pietate
tandem Alexandria in portum perduxit, finemque longissime nostrae
navigationi, quae sex mensibus est peracta, tradidit. cui gratias,
quas potuimus eo tempore majores, egimus. die igitur decimo
septimo Martii nostra navis in reme Praefecti Alexandria, quem
Sangiach appellant, in portum deducta est. in huncque modum,
mi Guilardine doctissime, iter meum Aegypti factum est longissimum
ita ut a nostris omnibus multo odio haberetur. navim igitur egressi
Alexandriam olim praedantissimam urbem ingressi sumus. in qua usque
ad Julium mentem ob servissimam pestilentiam Caynum atrocissime
tunc devastantem maximus. cupis sane mensis septima die per
Nilum flumen navigantes Caynum pervenimus, iterque nostrum un-
decim mensibus peractum est.

Cap. II.

De Plantis per iter variis in locis
observatis.

Guilard. Alpin.

Omnia certe maris itinera semper periculosa experuntur, quando
navigantium vita, quod proxima mari sit, proxima semper exitio ob-
tenetur, atque etiam quod spes prosperi itineris in aeris incertan-
tissimam naturam referatur. sed quae in fastidiosissimo tuo itinere
sustulisti miseriam ostendunt. venum ne te pigeat haec atque
illa pericula passum fuisse, nam ut Virgilius coenit,
forsan haec olim meminisse juvabit.

summe certe jucundum esse existimo hominem posse dicere, haec
atque illa sum passus, nam eventuum eorum memoria hominem
efficit prudentiorem, atque ad ferendos aequo animo malos casus
mundique hujus miseriam faciliorem. qua sane sola cognitione
quisque potest cognoscere, hominibus in hoc mundo bruta animalia
esse beatiorum, ut etiam certe credatur atque dignoscatur alium esse
locum hominis felicitatis ac beatitudinis, quod ille potius mise-
riarum

viam ac infelicitatis hominis sit occasio. sed hoc nupta faciamus. cupio
pneusquam sermo nottet ulterius progrediator ut plantas quas per iter vidisti
narrare non te pigeat. *Alp.* Te non ignorare certo scio parum mihi
in itinere temporis fuisse ad observandas plantas, sed quas videris tibi dicere
non recusabo, idque libenter faciam. primo itaque memini me *Coccyre* in
horto antepropugnaculi plantam *Khabarbari* vidisse, quam dux quidam militem
ex navi igna illuc advecta habuerat, qui eam a viro *Berta Tripolim* fuisse
asportatam affirmabat. haec planta respondet omnino *Khabarbari* figura ab
Andrea Matthaeo descripta, praeterquam quod ipsa foliis angustioribus acutio-
ribusque constat, ipsis herbae *Regine* sive *Tabaci Indici* valde similibus.
In hac eademque *Insula Cyperi* radices longas valde odoratas vidi colore
Aegyptii sibi inferiores. amplius *Chamedrios* plantam vidi arboream alti-
tudinis trium usque cubitorum foliis magnis admodumque odoratis.
locus ubi ipsa nascitur est cognulus parum distans a *Hutinoro*. et
Zacynthi *Analidem* qua *pharmacopole* ad medicinae usum utebantur
inpexi, foliis omnino ab *italica* analide diverant. exilis enim est
herba crispis foliis rotundis parumque oblongis maxime calthae folio-
rum amulis, sapore acido non secus quam rotunda justum ferit.
flores non vidi neque semina. *Acaciam* quoque secundam *Matthae-*
oli ibi observari, quae foliis et floribus mirum araggonidi mihi similis
est vita. folia floresque, quot mense *Februario* inpexi, aspero sa-
pore linguam feniebant. aliud novi in hac insula, quod mihi fuit
jucundissimum, scilicet *Smilacem asperam* esse veram *Saltampanillam*,
qua *medici* utuntur ad pellendam luem *italicam*. *Guil.* *Copiosissime*
haec planta etiam in *Italia* nascitur, idcirco novum te vidisse non est
dicendum. *Alp.* Venen licet, atque ego saepe eam videram, sed
semper anceps fui, utrum esset *Saltapanilla* vel non, et cum ipsam
in hac quoque insula vidissem, clare novi ipsam esse procul dubio
Saltapanillam. *Guil.* Cur tam in *Italia* cum eadem illam plan-
tam videris, ejusdem non fuisti sententiae ut esset *Saltapanilla*?
Alp. Quoniam *italica* atque etiam quam *Coccyre* videram, exiles
admodum et breves capillaresque radices habebat. atque ea quam
Zacynthi observavi, longas crispas asportatis ex *Hispania* *Salta-*
panille

paritè radicibus omnino similes, et hoc quoniam pacto nosse in tibi nunc
referam. ego enim ut scium nostri itineris evitare forte fortuna collen
illiusce insule perreptans in valle ad sepe oculos dimosi lentivis et
multis asperis similacibus contextam, cujus radicibus omnibus terram omnem
impetuosa torrentis aqua abduxerat atque ita exenerat ut illam plantam
sepe texentium omnes radices non secus quam vena arteria et nervi humani
corporis a carne reparati apparent, nulla conspicerentur, simulque as-
peræ longos sane serpentes imitate aliisque radicibus absolute magna
longitudine atque crassitie mihi apparent, ut aliquot radices impexim trum
quatuorque cubitorum longitudine et crassitie communibus radicibus Sallapanilla
similes, proptereaque eam plantam vere Sallapanillam esse dijudicaverim.
atque dum hæc cum aliis, qui ura necum aderant, considero, argurium
adcepit opportunissimum. nam ex transeunte greco homine ejus loci acuta
atque agricola peto, quomodo ibi ea planta appellaretur, qui respondit
Smilaciam appellari, eamque in usum apud ipsos esse pro curando Gallie
morbo. his diebus magis considerare sedulo incipio omnes ejusce plantæ
radices, quas video longissimas et crassas atque eadem substantia qua
constant radices Sallapanilla eodemque sapore, eddigo verum esse eorum
sententiam qui Smilacem asperam esse Sallapanillam affirmant. Phara-
copoda ejus loci multum luci se fecisse hac radice nobis affirmavit,
nam multos fasces hanc radicem alia in loca mittebat, que pro
vera Sallapanilla vendebantur. hoc officio etiam fungeretur, eam
plantam ne alii dicerent. addo Cayri me in Hispanice Salla-
panilla fascibus vidisse frustra radices nodose Smilacis asperæ, a
quibus radices, quibus utimur, exeunt, atque cum eisdem tum foliis
tum ramulis spinosis ita ut nemo, qui vidisset eos fasces Sallapanilla
et simul asperæ Smilacis, posset denegare, esse asperam hanc Smilacem
Sallapanillam et non speciem Sallapanilla, ut videtur Matthæus atque
alii affirmare. Quod placuit mihi te nosse hanc veritatem de
Smilacæ asperæ, cujus quidem sententiæ non solum me esse, sed plerumque
etiam alios fuisse tibi persuasum velim, atque in primis Gabrielem Va-
lloppium herbarum materia doctissimum, qui in libello de morbo Gallie
in capite de Sallapanilla hæc scripsit. " alias credebam esse radicem
Ebuli, et perstiti in ea sententiâ plurimis diebus, donec Hispanus ad
Quem

97 Nucem Florentia integram apportavit plantam, et hinc patuit error meus,
97 et vidi esse radicem Smilacis asperae, de qua Dioscorides lib. IV. et Scrip-
97 tores antiqui mentionem fecere. quod magis confirmavi experientia. nam
97 cum in monte S. Juliani Suis vilipem Smilacem asperam, curavi effodien-
97 dam, et semper utus sum loco Salsaparilla, et per biennium illud quod
97 ibi fui semper cum felici successu plurimos a lue Gallia Liberavi. Quam
sane sententiam confirmat Anatus Galitanus Medicus quavis Hebraeus non
spernendus in libro IV. suamum censuram, cent. X. quare te hac de re coeli
non oportet, quando alii ante te eam roverint. sed quoniam pacto aspe-
rere possimus ejus insula Smilacem recte Salsaparillam delineatam demon-
strare, et non eam que in Italia nascitur? Alp. Artistor ego hoc
fieri terre quam servit differentia. nam in duro solo sicco ac squalido
effosam asperam Smilacem videmus habere radices parviores Salsapa-
rilla, atque in mollissimo solo, quod comode queant omnes radices
sempere, longiores Salsaque radicibus omnino similes. ea enim Smilacis
asperae planta, quam in ea insula olim, cum ea loca pereptarem, vidi
solo mollissimo, optimo ac humido nutriebatur. ob quam rem minime
non est, si radicibus longis et crassis inventa est. que eadem in
omni cujusvis regionis solo mollissimo, per quod facile radices pro-
grediantur, observabitur.